



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sulpici[i] Severi Presbyteri Opera Omnia

Sulpicius <Severus>

Amstelodami, 1665

Captivitas Iudæorum in Babylonia annorum LXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11490

SULPICI SEVERI
SACRÆ HISTORIÆ
LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Captivitatis tempora ² Prophetarum vaticiniis ¹ atque actibus illustrata sunt. Maxime itaque ² ³ Danielis egregiam ad conservandam legem, perseverantiam, & in absolutionem Susannæ divino consilio, cæteraque ab eo gesta, ordine persequemur. Hic ⁴ sub rege Joachim captus deductusque Babylo- ³ niam, ⁵ parvus admodum puer: postea ⁶ ob elegantiam vultus, inter ministros regios assumptus, unaque cum eo ⁷ Ananias, Misaël, & Azarias. Sed cum eos rex delica- ⁴ tiori-

LIBER SECUNDUS.] Hujus divisionis auctorem esse ipsum Sulpicium, ex præfatione ejus patet, ubi dicit: *quæ per multis voluminibus per scripta continebantur, duobus libellis concluderem.* Horn.

¹ Captivitatis tempora.] Cur Matth. cap. II. de *περὶ ἑξῆς* in numero singulari loquatur, cum tamen plures fuerint, vide seculi nostri miraculum, Fr. Spanh. I. Dub. 9.

² Prophetarum vaticiniis.] Jeremia, Ezechielis, Danielis.

³ Danielis.] Quem tamen Hebræi non accensent Prophetis. Causa est, quod vitam egerit non Propheticam sed Satrapicam, ut David regalem. Quare eos ajunt scripsisse quidem per Spiritum Sanctum, sed Prophetas non fuisse. At tamen & Christus, & Josephus, Danielem vocant Prophetam, & sic eum dici posse generaliiori significato affirmat Maimonides II. More Neb. Fuit ex tribu Juda, & regia stirpe. Patria illi Bethoron superior. Captus est cum Ioa-

kim. Mortuus est anno ætatis cxxxviii. Perer. Vel potius centesimo aut circiter. *A Lapid.* Dicunt eum sub Attalo, cum tribus pueris, capite plexum. Et sic narrat Codex Basilii Porphyrogonneti, qui in Vaticana Bibliotheca asservatur. Sed hoc incertum. Obiit Babylone & ibi in Regum monumentis conditus est. Multa fabulosa de ipso Dorotheus & Pseudo-Epiphanius referunt.

⁴ Sub rege Joachim captus.] Errat ergo Iosephus, qui Danielem demum sub Zedekia abductum putat. Horn.

⁵ Parvus admodum puer.] x. annorum, ut Pererius, xx. ut Maldonatus vult. Quæ sententia verior.

⁶ Ob elegantiam vultus.] *Oi ἢ τοῖς ἀκροῖς ἢ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἢ τοῖς ὤμοις ἢ τοῖς ἰσχυροῖς ἢ τοῖς ἰσχυροῖς ἢ τοῖς ἰσχυροῖς.* Joseph.

⁷ Ananias, Misaël & Azarias.] Qui vulgo tres pueri vocantur, etiam adulta & declinante ætate. Quia *אנא* apud Hebræos tam late se extendit. Impoluerunt autem iis Chaldæi alia nomina, ita ut Ana-